

NEPŘÍMÁ ŘEČ

1. Přeložte do češtiny a odpovězte na otázky

- Najděte uvozující sloveso. Pokud chybí, doplňte je na vhodná místa nepřímé řeči.
 - Najděte v nepřímé řeči věty s tázacím, žadacím a oznamovacím významem.
 - Najděte větu, která má formu otázky, ale její význam je rozkazovací.
 - Najděte konjunktivní věty, které jsou připojeny beze spojky.
 - Najděte akuzativ s infinitivem, který má tázací, zvolací nebo rozkazovací význam.
 - Určete zvýrazněné tvary a zdůvodněte jejich použití.
 - U závislých podmínkových vět určete typ věty.
1. Haec cum animadvertisset, convocato consilio omniumque ordinum ad id consilium adhibitis centurionibus vehementer eos incusavit: primum, quod aut quam in partem aut quo consilio ducerentur, sibi quaerendum aut cogitandum putarent. Ariovistum se consule cupidissime populi Romani amicitiam appetisse; cur hunc tam temere quisquam ab officio discessurum **iudicaret**? Sibi quidem persuaderi cognitibus suis postulatis atque aequitate condicionum perspecta eum neque suam neque populi Romani gratiam repudiaturum. Quodsi furore atque amentia impulsus bellum **intulisset**, quid tandem **vererentur**? Aut cur de sua virtute aut de ipsius diligentia desperarent? (Caes. Gall. 1, 40, 1–4)
 2. His consulentibus nominatim Pythia praecepit, ut Miltiadem imperatorem sibisumerent: id si fecissent, incepta prospera futura. (Nep. Milt. 1, 3, 2)
 3. Id postquam Lacedaemonii **rescierunt**, legatos cum clava ad eum miserunt, in qua more illorum erat scriptum: nisi domum **reverteretur**, se capitis eum damnaturos. (Nep. Paus. 3, 4)
 4. Cum ex captivis quaereret Caesar, quamobrem Ariovistus proelio non **decertaret**, hanc reperiebat causam, quod apud Germanos ea consuetudo esset, ut matres familiae eorum sortibus vaticinationibusque declararent, utrum proelium committi ex usu **esset** necne; eas ita dicere: non esse fas Germanos superare, **si** ante novam lunam proelio **contendissent**. (Caes. Gall. 1, 50, 4–5)
 5. Qua re animadversa Ambiorix pronuntiari iubet, ut procul tela coniciant neu propius accedant, et quam in partem Romani impetum **fecerint**, cedant; levitate armorum et cotidiana exercitatione nihil his noceri posse; rursus se ad signa recipientes insequantur. (Caes. Gall. 5, 34, 3–4)

6. Audendum atque agendum, non consultandum ait in tanto malo esse: **irent** secum extemplo armati, qui rem publicam salvam vellent; nulla verius, quam ubi ea cogitentur, hostium castra **esse**. (Liv. 22, 53, 7–8)
7. Ab eodem praetore ex senatus consulto litterae ad consules missae, ut, si iis **videretur**, alter eorum ad consules creandos Romam **veniret**: se in eam diem, quam **iussissent**, comitia edicturum. (Liv. 22, 33, 9)
8. Moti homines sunt in eo iudicio maxime P. Horatio patre proclamante se filiam iure **caesam** iudicare; ni ita esset, patrio iure in filium animadversurum fuisse. (Liv. 1, 26, 9)
9. Id responsum quo valeret, cum intellegeret nemo, Themistocles persuasit consilium **esse** Apollinis, ut in naves se suaque **conferrent**: eum enim a deo significari murum ligneum. (Nep. *Them.* 2, 7)
10. At Eumenes, cum diutius in vinclis esset, ait Onomarcho, penes quem summa imperii erat custodia, se mirari, quare iam tertium diem sic **teneretur**: non enim hoc convenire Antigoni prudentiae, ut sic deuteretur victo: quin aut interfici aut missum fieri **iuberet**. (Nep. *Eum.* 11, 3)
11. Nuper M. Claudium ad se nuntium misisse bellum secum iis, ni dederentur, gesturum. (Liv. 39, 54, 6)
12. Dein brevi Uticam adpulsi litteras ad Iugurtham mittunt: quam ocissime ad provinciam **adcedat**, seque ad eum ab senatu **missos**. (Sall. *Iug.* 25, 5)
13. Quid enim tandem **passurum fuisse** filium suum, si exercitum amisisset, si fusus, fugatus, castris exutus fuisset? (Liv. 8, 33, 19)
14. Quod si veteris contumeliae oblivisci **vellet**, num etiam recentium iniuriarum, quod eo invito iter per provinciam per vim **temptassent**, quod Haeduos, quod Ambarros, quod Allobroges vexassent, memoriam deponere **posse**? (Caes. *Gall.* 1, 14, 3)
15. Ipse raptim agmine acto quindecim ferme milium spatio castra ab Tarento posuit, et ne ibi quidem **nuntiatio**, quo **pergerent**, tantum convocatos milites monuit, via omnes irent nec deverti quemquam aut excedere ordinem agminis paterentur et in primis intenti ad imperia accipienda essent neu quid nisi ducum iussu facerent; se in tempore editurum, quae **vellet** agi. (Liv. 25, 9, 3–4)
16. Consul postquam detractari certamen vidit, postero die in consilium advocavit, quid sibi faciendum esset, si Antiochus pugnandi copiam non **faceret**: instare hiemem: aut sub pellibus **habendos** milites **fore**, aut si concedere in hiberna vellet, **differendum esse** in aestatem bellum. (Liv. 37, 39, 1–2)
17. Legati, ubi haec audierunt, flentes ad genua consulis provolvuntur, orant, ne se in rebus tam trepidis deserat: quo enim se, repulsos ab Romanis, **ituros**? (Liv. 34, 11, 5)

18. Nam non multo ante urbem captam exaudita vox est a luco Vestae, qui a Palati radice in novam viam **devexus est**, ut muri et portae reficerentur; futurum esse, nisi provisum esset, ut Roma **caperetur**. (Cic. *div.* 1, 101)
19. Quid esse aliud quam minari se proditurum patriam, oppugnari atque capi passurum! Quid eam vocem animorum non plebi Romanae, sed Volscis et Aequis et Veientibus adlaturam! Nonne Canuleio duce se speraturos Capitolium atque arcem scandere posse? Nisi patribus tribuni cum iure ac maiestate adempta animos etiam **eripuerint**, consules **paratos esse** duces prius adversus scelus civium quam adversus hostium arma. (Liv. 4, 2, 13–14)

2. Určete vedlejší věty a zdůvodněte použití slovesných časů a způsobů

1. Cuius principio anni legati ex Volscis Fabraterni et Lucani Romam venerunt orantes, ut in fidem reciperentur: si a Samnitium armis defensi essent, se sub imperio populi Romani fideliter atque oboedienter futuros. (Liv. 8, 19, 1–2)
2. Perfacile factu esse illis probat conata perficere, propterea quod ipse suae civitatis imperium obtenturus esset: non esse dubium, quin totius Galliae plurimum Helvetii possent; se suis copiis suoque exercitu illis regna conciliaturum confirmat. (Caes. *Gall.* 1, 3, 6–7)
3. Ad haec Caesar, quae visum est, respondit; sed exitus fuit orationis: sibi nullam cum iis amicitiam esse posse, si in Gallia remanerent; neque verum esse, *qui* suos fines tueri non potuerint, alienos occupare, neque ullos in Gallia vacare agros, qui dari tantae praesertim multitudini sine iniuria possint; Sed licere, si velint, in Ubiorum finibus considerare, quorum sint legati apud se et de Sueborum iniuriis querantur et a se auxilium petant; hoc se ab Ubiis impetraturum. (Caes. *Gall.* 4, 8, 1–3)
4. Ad haec Q. Marcius respondit, si quid ab senatu petere vellent, ab armis discedant, Romam supplices proficiscantur: ea mansuetudine atque misericordia senatum populi Romani semper fuisse, ut nemo umquam ab eo frustra auxilium petiverit. (Sull. *Catil.* 34, 1)
5. At Catilina ex itinere plerisque consularibus, praeterea optumo quoique (= cuique) litteras mittit: se falsis criminibus circumventum, quoniam factioni inimicorum resistere nequiverit, fortunae cedere, Massiliam in exilium proficisci, non quo sibi tanti sceleris conscius esset, sed uti res publica quieta foret (= esset) neve ex sua contentione seditio oreretur. (Sall. *Catil.* 34, 2)
6. Legati Iugurthae largitione magis quam causa freti paucis respondent: Hiempsalem ob saevitiam suam ab Numidis interfectum, Adherbalem ultro bellum inferentem, postquam superatus sit, queri, quod iniuriam facere nequivisset. (Sall. *Iug.* 15, 1)
7. Ad haec Ariovistus respondit: ius esse belli, ut, qui vicissent, iis, quos vicissent, quemadmodum vellent, imperarent; item populum Romanum victis non ad alterius praescriptum, sed ad suum arbitrium imperare consuesse. (Caes. *Gall.* 1, 36, 1)

8. Claudius, secutus Graecos Acilianos libros, P. Africanum in ea fuisse legatione tradit eumque Ephesi conlocutum cum Hannibale, et sermonem unum etiam refert: quaerenti Africano, quem fuisse maximum imperatorem Hannibal crederet, respondisse Alexandrum Macedonum regem, quod parva manu innumerabiles exercitus fudisset, quod ultimas oras, quas visere supra spem humanam esset, peragrasset. (Liv. 35, 14, 5–7)
9. Cum autem Veientes bello fessi legatos ad senatum misissent, tum ex iis quidam dixisse dicitur non omnia illum transfugam ausum esse senatui dicere; in isdem enim fatis scriptum Veientes habere fore, ut brevi a Gallis Roma caperetur, quod quidem sexennio post Veios captos factum esse videmus. (Cic. *div.* 1, 100)
10. Eo cum de improvise celeriusque omnium opinione venisset, Remi, qui proximi Galliae ex Belgis sunt, ad eum legatos Iccium et Andecombogium primos civitatis miserunt, qui dicerent se suaque omnia in fidem atque potestatem populi Romani permittere, neque se cum reliquis Belgis consensisse neque contra populum Romanum omnino coniurasse, paratosque esse et obsides dare et imperata facere et oppidis recipere et frumento ceterisque rebus iuvare; reliquos omnes Belgas in armis esse Germanosque, qui cis Rhenum incolant, sese cum his coniunxisse, tantumque esse eorum omnium furorem, ut ne Suessiones quidem fratres consanguineosque suos, qui eodem iure et isdem legibus utantur, unum imperium unumque magistratum cum ipsis habeant, deterrere potuerint, quin cum iis consentirent. (Caes. *Gall.* 2, 3, 1–5)

3. Odpovězte na otázky

1. Pavorque ingens in urbe, metuque mutuo suspensa erant omnia. **Timere** relicta ab suis plebes violentiam patrum; **timere** patres residem in urbe plebem, incerti, manere eam an abire mallent. Quamdiu autem tranquillam, quae secesserit, multitudinem **fore**? **Quid futurum** deinde, si quod extremum interim bellum existat? Nullam profecto nisi in concordia civium spem reliquam **ducere**; eam per aequa, per iniqua reconciliandam civitati esse. Placuit igitur oratorem ad plebem mitti Menenium Agrippam, facundum virum et, quod inde oriundus erat, plebi carum. (Liv. 2, 32, 5–8)
 - Které infinitivy jsou použity kvůli převodu přímé řeči na nepřímou?
 - Které infinitivy nejsou součástí nepřímé řeči a proč jsou použity?
2. Cicero ad haec unum modo **respondit**: non esse consuetudinem populi Romani ullam accipere ab hoste armato condicionem; si ab armis discedere **velint**, se adiutore **utantur** legatosque ad Caesarem mittant; sperare se pro eius iustitia, quae petierint, impetraturos. (Caes. *Gall.* 5, 41, 7–8)

Quamobrem placuit ei, ut ad Ariovistum legatos mitteret, qui ab eo postularent, uti aliquem locum medium utriusque conloquio deligeret: velle sese de re publica et summis utriusque rebus cum eo agere. Ei legationi Ariovistus **respondit**: si quid ipsi a Caesare opus **esset**, sese ad eum venturum fuisse; si quid ille se **velit**, illum ad se venire oportere. Praeterea se neque sine exercitu in eas partes Galliae venire audere,

quas Caesar possideret, neque exercitum sine magno commeatu atque [e]molimento in unum locum contrahere posse. (Caes. Gall. 1, 34, 1-3)

- Porovnejte použití konjunktivů po *respondit*.
- Proč je *opus esset* v konjunktivu imperfekta?
- Mohl by být místo konjunktivu imperfekta *esset* použit konjunktiv prézentu?

3. Cum ab his quaereret, quae civitates quantaeque in armis essent et quid in bello possent, sic reperiebat: plerosque Belgas esse ortos a Germanis Rhenumque antiquitus traductos propter loci fertilitatem ibi consedissee Gallosque, qui ea loca incolerent, expulisse solosque esse, qui patrum nostrorum memoria omni Gallia vexata Teutonos Cimbrosque intra suos fines ingredi **prohibuerint**. (Caes. Gall. 2, 4, 1-2)
- Pokuste se zdůvodnit tvar *prohibuerint*. K jaké časové rovině se vztahuje?

4. Splňte požadované úkoly

³Locutus est pro his Diviciacus Haeduus: Galliae totius factiones esse duas; harum alterius principatum tenere Haeduos, alterius Arvernos.

⁴Hi cum tantopere de potentatu inter se multos annos contenderent, factum esse, uti ab Arvernīs Sequanisque Germani mercede accesserentur.

⁵Horum primo circiter milia XV Rhenum transisse; posteaquam agros et cultum et copias Gallorum homines feri ac barbari **adamassent**, traductos plures; nunc esse in Gallia ad C et XX milium numerum.

⁶**Cum** his Haeduos eorumque clientes semel atque iterum armis contendisse; magnam calamitatem pulsos accepisse, omnem nobilitatem, omnem senatum, omnem equitatum amisisse.

⁷Quibus proeliis calamitatibusque fractos, **qui** et sua virtute et populi Romani hospitio atque amicitia plurimum ante in Gallia **potuissent**, coactos esse Sequanis obsides dare nobilissimos civitatis et iure iurando civitatem obstringere, sese neque obsides repetituros neque auxilium a populo Romano imploratos neque recusatos, quominus perpetuo sub illorum ditione atque imperio essent.

⁸Unum se esse ex omni civitate Haedorum, **qui** adduci non **potuerit**, ut iuraret aut liberos suos obsides daret.

⁹Ob eam rem se ex civitate profugisse et Romam ad senatum venisse auxilium postulatū, quod solus neque iure iurando neque obsidibus **teneretur**.

¹⁰Sed peius victoribus Sequanis quam Haeduis victis accidisse, propterea quod Ariovistus, rex Germanorum, in eorum finibus consedissee tertiamque partem agri Sequani, qui esset optimus totius Galliae, occupavisset, et nunc de altera parte tertia Sequanos decedere iuberet, propterea quod paucis mensibus ante Harudum milia hominum XXIII ad eum venissent, quibus locus ac sedes pararentur.

¹¹Futurum esse paucis annis, uti omnes ex Galliae finibus pellerentur atque omnes Germani Rhenum transirent. Neque enim conferendum esse Gallicum cum Germanorum agro, neque hanc consuetudinem victus cum illa comparandam.

¹²Ariovistum autem, **ut** semel Gallorum copias proelio **vicerit, quod proelium factum sit** ad Magetobrigam, superbe et crudeliter imperare, obsides nobilissimi cuiusque liberos poscere et in eos omnia exempla cruciatusque edere, si qua res non ad nutum aut ad voluntatem eius facta sit.

¹³Hominem esse barbarum, iracundum, temerarium; non posse eius imperia diutius sustinere.

¹⁴Nisi quid in Caesare populoque Romano sit auxilii, omnibus Gallis idem esse faciendum, quod Helvetii fecerint, ut domo emigrent, aliud domicilium, alias sedes, remotas a Germanis, petant fortunamque, quaecumque **accidat**, experiantur.

¹⁵Haec si enuntiata Ariovisto sint, non dubitare, quin de omnibus obsidibus, qui apud eum sint, gravissimum supplicium sumat.

¹⁶Caesarem vel auctoritate sua atque exercitus vel recenti victoria vel nomine populi Romani deterrere posse, ne maior multitudo Germanorum Rhenum traducatur, Galliaque omnem ab Ariovisti iniuria posse defendere. (Caes. Gall. 1, 31, 3–16)

1. Zjistěte, zda se v úryvku vyskytují následující vedlejší věty: časová, účinková, účelová, obsahová oznamovací s *quod*, obsahová oznamovací s *ut (non)*, příčinná, obsahová žádací s *ut/ne*, zabraňovací, obavná, obsahová tázací, srovnávací, přípustková
2. U podmínkových vět určete jejich typ.
3. Je v textu zástupný konjunktiv?
4. Je *cum* zvýrazněné v textu spojka nebo předložka?
5. Vysvětlete, proč se ve větě vztažné vykytuje v jednom případě konjunktiv plusquamperfekta *potuissent* a ve druhém konjunktiv perfekta *potuerit*.
6. Určete věty *ut... vicerit* a *quod proelium factum sit* a vysvětlete použití konjunktivů.
7. Rozepište číslovky slovy.
8. Uveďte, zda jsou konjunktivy *adamassent, teneretur, accidat* použity pouze jako projev způsobové závislosti nebo zda mohou být i nositeli jiného významu.
9. Uveďte některé konjunktivy, které by byly povinně použity i v nezávislých souvětích.